



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. xv. Honestate[m] aut sola[m]/ aut p[re] ceteris expecte[n]da[m]: & in
ea tota liberalitati locu[m] esse precipuu[m]: & econtra auatitia[m] glorie
plurimu[m] aduersari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polícratici de Curialiū nugis.

se tam diu vellet invita manere: quia nihil (inquit) habeo quod senectutem meā accuset. Hoc credo accidisse ex gratia: & multa peritia litterarū / quibus etate sua prestabat adeo vt prim^o in conuentu poscere ausus sit / qua de re / quisq; audire vellet. Vnde & ei in templo delphici appollinis vniuersa grecia statuum ex solido auro posuit: cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset. Occurrunt multa huiusmodi que laudis vere poterunt prestare materiam: si quis antiquorum nasfredicta: vel facta strategeminata & strategemata quoq; recenseat. Ceterum q̄ strategematum sepe mentio facta est / & res nominis nō vsq; cunctis innotuit: valerius maximus strategeminata sic diffinit vt dicat: quia est pars calliditatis egregia & ab omni reprehensione procul remota: cuius opera / quia appellatione vix apte exprimi possunt / greca pronuntiatione strategemata appellantur. Proprie tamen strategemata sunt: que ad rem pertinent militarem: nam & ab eo dicuntur stratilates. Que vero contra proprie appellationis notam / ad res alias pertinent. Iulio frontino teste strategeminata appellatur. Distat enim strategematinum a strategemate / quomodo genus differt a specie. Reddit iterum publius clodius: vt ipsius pauca subiiciam: quorū vel minimum dixisse maius est: & fructuosius ad gloriam / q̄ fecisse qd faciunt / qui seipos euiscerant ob inanem laudis amorē. At ergo. Beneficiū accepit dando / qui digno dedit. Feras / nō culpes: quod imitari nō potes. Cui plus licet q̄ par est / plus vult q̄ licet. Comes facundus in via pro vehiculo est. Frugalitas est misia rumoris boni. Heredis fletus: sub persona risus est. Furor fit sepius lata patientia. Improbe neptunū accusat: qui iterū naufragiū fecit. Nimum altricando veritas amittitur. Pars beneficii est quod petitur si cito neges. Ita amicū habeas vt posse inimicum fieri putes. Veterē ferendo iniuriam inuitas nouā. Nunq̄ periculū sine periculo vincis. Neesse est vt multos timeat: que multi timent. Postremo vel tenui virtutis iudicio siue in verbo siue in opere fama protenditur / & virtute relicta q̄tuslibet sumptus non tam gloriam q̄ ignominiam parit.

CHonestatem aut solam aut pre ceteris expectandam: & in ea tota liberalitati locum esse principium / & econtra auariciam glorie plurimum aduersari.

Capitulum. XV.

*Itō pulchra
verba. Id. clo
dij de quo fa
cit mentionē se
neca epla. viij
prope h.*

Sicut autē gloria quae est ut ciceroni placuit / frequēs fama cum laude: a radice virtutis oritur & ipsius lumine dūtaxat illustrat / ita ignominia: cōfusio: & si quid aliud de decet a vitio trahit originē & pūctū. Siue enim aut sola honestas bonū sit: ut stoicis quibusdā placet: siue p̄cipuū & pre ceteris expetendū / sicut asserunt paripathetici. Hoc vsq; q̄q; indubiū est: quia nihil expetendorū aduersatur honesto: laudantur cetera & non insipienter optant: ut bona valitudo: clar⁹ sanguis: rerum copia: sed nihil horū turpem: aut inhonestū hoīez / facit esse laudabilem. Siquidem de valitudine bona vires: de viribus temeritas: de temeritate violentia: de violentia stimulus vltiōis / quasi odii & bellorū fax accensa inflammat: sequiturq; iustitię contemptus: legum preuaricatio: & concussio inquieta publici status. Clarus sanguis elationē parit: potentiā affectat: conculcat inferiores: pares contēnit: superiores habere dedignat: loquit grandia: totus tumet: alto magnorū sanguine / tanq; fecerit ipse aliquid / p̄pter qd̄ nobilis esse debeat sui immemor: eorū que retro esse vidētur obliuiscitur / & se in āteriora sine cultu virtutis ridiculis trasonis imitator extendit (inquit) ethicus: malo p̄ tibi sit terfites / dūmō tu sis / Facide filis: vulcanaq; arma capescas. Qz te terfite simile p̄ducatur achilles. Nolo tñ ut in iniuriā suā dictū noster symonides opines. Attauis quidē edit⁹ regib⁹ & capitolinis gñosior: & marcellis & oib⁹ ad podiū spectātibus & quasi a puriorib⁹ & feliciorib⁹ ouis exclus⁹ eruperit: germāis & vterinis: ut ei attestant lōge nobilior est. Credideri facile quod sincerū & defecatiōis nature in massa gñis eius ab iitio extitit: in ipm̄ ut quasi gētis sue stella p̄fulgeat cōfluxisse. Qd̄ nō fetulenti⁹ & obscuri⁹ resedisse in germanis / & vterinis: letāē tñ si cut in claritate illi⁹: sic i p̄pā abiectiōe / ne nobilitate gñis cū res exegerit ex causa cognationis phibeant: cū finitimis m̄rimo nio copulari. Cesserūt ergo simoide / reges & p̄sides / p̄ncipes tribunos: cēturiones & p̄mos puinciarū: sua mediocritate cōtenti: nituntur virtute sua / nihil in officiis legitimis vile ducunt: aut ignominiosum & culine si res exegerit nō dedignant h̄e memoria: aut peritiā exercē: recolūt: q̄a aialia muta non gñosa putat quis nisi fortia. Nepe volucrē: sic laudam⁹ equū facili cui p̄li ma palma. Feruet & exltat rauco victoria circo. Sz venale pec⁹ corinthe posteritas & hirpini si rara iugo victoria sedit dños precis mutare iubent. Exiguus / tritoq; trahunt epyredi a collo. Siquidem nobilitas sola est atq; vnica virtus: ergo generositas &

De bona valitudine / r̄ p̄ eā

De claro sanguine / et p̄ eū.

Iuuenalis in li. viij. saty.

Symonides.

Oia ista sunt carmina iuuenalis in p̄dic. satyra.

Polīcraticī de Curialīū nūgīs.

clari sanguinis lumen: & si ea magnum quid esse per se symoni
des gloriatur/nihil aliud sunt q̄ morum manifestatio: gloriosa
quidem si boni fuerint/ignominiosa si mali. Hoc tamen vnum
meo iudicio quicquid ille sentiat bonū habet generositas: q̄ ne-
cessitatem indicit probitatis. At rerū copia nunc auaritiā accē-
dit/nunc in exitiū & exterminiū sui/luxuriam instruit: hui⁹ in-
geniosa gula est: hec ad predaz strepitūq; lucri suffragia h̄tit: vt
sit venalis popul⁹ venalis curia patrū. Hec vires soluit & vtrūq;
sexum frangit in venerem: legis & nature impio reluctat. Hāc
abrogat: extinguit & sepelit. Hanc infaturat/eneruat & subuer-
tit: lex ergo ip̄i non est & ei natura fere ociosa & ebria est. Que-
rit se natura nec inuenit. Oībus ergo scorta placēt/fractiq; ener-
ui corpore gressus: & laxi crines & tot noua noīa vestis. Queq;
virum querit. Sed vtinā in hac dñatione luxurie inueniant viri
vel mulieribus similes: nature tñ aut legi optempantibus. Ex
his patet quia nec valitudinis: nec generositatis: nec copie: laus
prima est: sed h̄tutis cuius hec instrumenta sunt: & ideo appetē-
da. Siquidē non decet naturam: que virtutem aut solā aut fecit
pre ceteris expetendā: ei non expetenda fecisse instrumenta. In
eoq; rectius vidētur sentire paripathetici/q̄ cum virtutē suis fa-
teantur ad exercitiū agendorum egere instrumentis/ip̄a quōq;
instrumenta & si ppter aliud fatentur expetenda. Stoicis tamē
placet sibi h̄tutem sufficere ad beatitudinem: nec ego eos erro-
ris arguo: sed expeditiorem dico p̄ instrumenta h̄tutē. Ceterum
vt alās dixisse memini cū oīs virtus gratiosa sit: liberalitas gra-
tissima est: eo q̄ plurimis pdest & certe vbi facultas deest: effū-
dit viscera. i. p̄prium largitur affectū. Alioq; nō iuxta aposto-
lum in eo charitas manet/qui pulsante necessitate pximi men-
tis viscera claudit. Contra ingratissimum est & odiosissimum
vitium q̄ nec effectū prodest aliis/nec affectū. Hec est auaritia
latentium indagatrix/lucrorū/manifeste prede auidissima vor-
rago / neq; habendi fructu felix: & cupiditate querendi misera
rīma. Quid non mortalium pectora cogit auri sacra fames: he-
riphile/viri vitam/auro distraxit: suam philippo vendidit gre-
cia libertatem. Et in ipsam Valerius maximus his exemplis
inuehitur. Cum ad modum locupleti. l. munitio basilio/falsum
testamentum quidam in grecia subiecisset/eiusdemq; confir-
mandi gratia potentissimos ciuitatis nostre viros Marcum
crassum/& Quintum Hortensium: quibus munitius ignotus
fuerat/ tabulis heredis inseruisset: quāq; euidentis fraus erat

De rerū copia

i. Joan. iij.

De auaritia.

Virgil. li. iij.
eneyd.

tamē vterq; pecunie cupidus facinoris alieni munus non repu-
 diauit: Quā tñ culpā q̄ leniter retuli: lumina curie: ornamēta fo-
 ri qd̄ scelus vindicare debuerant in honesti lucri captura inuita-
 ti auctoritatibus suis texerunt. Verū aliquāto maiores vires in
 quinto cassio exhibuit: qui ī hyspaniā sylliū & albinū purinū oc-
 cidendi sui gratia/cum pugionibus deprehensos/quinquages
 sextertiū ab illo: ab hoc sexages pactus dimisit. An ne dubites
 si alterū tantū daretur/iugulum quoq; suuz equo animo illis fir-
 isse prebiturū? Ceterum auaritia ante oēs vitii septimulii pre-
 cordia possedit: qui cum gay gracci familiaris fuisset: caput eius
 abscindere & per urbem pilo fixum ferre sustinuit: quia apimī?
 consul auro ipsi repensurū edixerat. Sunt qui tradāt liquato plū-
 bo eū cauata partem capitis quo ponderosius esset expleffe: fue-
 rit ille scditiosus: bono perit exemplo: cliētis tñ scelestā fames
 in has vsq; iacētis iniurias/efurire non debuit. Odiis merita se-
 ptimulii auaritia: ptholomei aut̄ regis cyproꝝ psequēda risu:
 nā cum anxius sordibus magnas opes corripuisset: ppterq; eas
 periturū se videret: & ideo omni pecunia iposita nauibus in al-
 tum pcessisset vt classe pforata suo arbitrio perirēt/& hostes p-
 da carerent: non sustinuit mergere aurū & argentum: sed futur-
 rum necis sue premiū domū reuexit. Proculdubio hic non pos-
 sedit diuitias: sed a diuitiis possessus est. Titulo rex insule/aio
 pecunie miserabile mancipiū. Hec valerius. Sed possunt etiam
 nequiora auaritie inueniri exēpla. Siquidē pphete oculos/cupi-
 ditas excecauit/& pecunia corrupt? Apostolus dñm innocentē
 crucifigēdum tradidit manibus impiorū: potest quidē deturpa-
 ri verbis: sed nō satis: quia deformior est & turpior: q̄ vt ore hu-
 mano possit exponi. Ideoq; & est auaritia studiosi? declināda:
 quia tenacius inheret ab imagine vtilitatis/& pnciosius nocet
 ab exterminio charitatis. Inde est q̄ ridiculam & miserādaꝝ cū
 senibus cōtrahit familiaritatē: vt quominus egēt auidius cōcu-
 piscant/& quo reb? sunt citius charituri: eas ptius ministrēt vti-
 litati. Nam & manus in iuuetute porrecta ad dandū: in senectur-
 te cōtrahitur. & q̄ in iuuetute contracta est: aut nunq̄ aut raro in
 senibus dilatatur. Cum v̄o eis beneficio nature/libertas vicina
 immineat/ seip̄os vano timore miserrime subiiciunt seruituti.
 Siquidē dyogenes ait. Indigentia nature fortunam non timet.
 Beatus quoq; Hieronymus. Grandis (inquit) exultatio est ani-
 me/cum paruo contētus fueris: mundum habere sub pedib?/&
 omnē eius potentiam: epulas libidinosas & ea ppter que diui-

De septimul-
 lior gayo grac-
 co.

De ptholo-
 meo rege cypri

Senū auari-
 tia.

Diogenis di-
 ctum.
 Hieronymi
 dictum.

Polícratici de Curialiū nugis.

Xenophontis
dictum.

Diaspenis
dictum.

Macrobiū di-
ctum.

tie comparant / vilibus mutare cibus & grossiori tunica cōpensare. Hec quidē laudabilia sunt: si non fiant ad famā: sed ad conscientiam que oīa equanimiter portat. Vt enim ait xenophon. Conscientia iusti sit maledicta contēnere: vsus ergo rerū laudabilis aut culpabilis est / rerū dūtaxat differentia. Vnde diaspenis. Pecunia profuso decus / auaro supplicium est. Fugienda sunt (inquit macrobius) omnibus modis / & abscindenda igne & ferro: totoq; artificio separanda / languor a corpore / impitia ab animo: luxuria a ventre: a ciuitate seditio: a domo discordia: & in commune a cunctis rebus intemperantia.

¶ De quattuor fluminibus que de fonte libidinis oriuntur epycareis: faciuntq; diluuium quo fere mūdus mergatur: & de aqs contrariis: & de vestibus elau.

Capitulum. XVI.

Quidem hec vniuersa concurrunt vt ostēdatur quietum statū in rebus publicis aut priuatis nisi a fōte sapientie quicqd sentiat epycarrus prouenire non posse. Hanc enim esse ortum deliciarū vberriamū superius dictum est: de quo quattuor virtutum flumina oriuntur. E diuerso & epycareorū ortus fontem suū habet libidinem qui & ipse partit in quattuor flumina que irrigant vniuersam hanc vallē lachrymarū & miserie: in quā eiectus est exul: qui quod libuit q̄ quod licuit facere p̄legit. Et quidez quasi vnus riuus est amor habendi quo ad sufficientiam rerū copia queritur: in quo auaritia laborat / preter licitū possidere v̄ scire. Alter vero luxurie lenocinia diffundit: & defluit in varias voluptates / dū ad tranquillitatis & letitie gaudia tendens aspirat. Tertius vires colligit / q̄bus tūc nature libertatē / & cuiusuis molestie ppulsare possit iniurias / & cū viribus habundauerit: p̄silit in odibilem tyrānidis venā. Quartus ab appetitu celebritatis & reuerentie: dum eminentiam querit: fallaciter intumescit. Hec sunt quattuor flumina que infundūt & circūeunt orbē / & de fonte puerse voluntatis scaturiunt: qui sedem habēt in imo & originē contrahūt a luto vanitatis. Cū autem excreuerint: diuersos ex se pariūt riuos & quasi intumescitibus aquis diluuii mundum obrunt: animantia p̄imūt: & sic oīa delent: vt terra videri possit in solitudinem redigenda: nisi quia paucas id est octo animas resurrectionis scz filios domus dñi archa conseruat. Hi sunt utiq; quos ex omni carne dñs p̄celegit. Verūtamen qui sunt in diluuiio aquarum multarum ad eum non approximabūt. Et quidē amor cō-

Quattuor flumina libidinis. de qb̄. s̄. eo. Auaritia. Luxuria. Tyrannidis. Cupiditas dominandi.

ps. xxxi.